HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE
BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0030

Sabato 13.01.2001

LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DEL CENTENARIO DELL'EVANGELIZZAZIONE DEL BURKINA FASO (OUAGADOUGOU, 26 GENNAIO 2001)

LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DEL CENTENARIO DELL'EVANGELIZZAZIONE DEL BURKINA FASO (OUAGADOUGOU, 26 GENNAIO 2001)

In data 4 ottobre 2000, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Bernardin Gantin, Decano del Collegio Cardinalizio, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni conclusive del centenario dell'evangelizzazione, in programma a Ouagadougou domenica 21 gennaio 2001.

L'Em.mo Card. Bernardin Gantin sarà accompagnato da una Missione composta da:

- Rev.do Sac. Laurent Nare, Direttore del Dipartimento per l'Educazione Cattolica della Diocesi di Koupéla;

- Rev.do Sac. Alexandre Bazie, del Clero diocesano di Koudougou, Rettore del Seminario Maggiore di Koumi;

- Rev.do Sac. Godefroy Sankara, Officiale della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.

Pubblichiamo di seguito la Lettera che il Santo Padre ha indirizzato al Suo Inviato Speciale:

Venerabili Fratri Nostro

BERNARDINO S.R.E. Card. GANTIN

Purpuratorum Patrum Principi

Dum iubilaris anni celebrationes universum per catholicum orbem Christi nomine peraguntur, ipsa ecclesialis communitas Burkina Fasana sollemnitatum particeps fieri cupit, praesertim quia hoc anno centenaria recurrit memoria ex quo catholica missio per Evangelii nuntium inter dilectas illas gentes diffundi coepta est. Qua de causa Conferentia Episcopalis Burkina Nigritana, nomine totius cleri omniumque christifidelium, contextum iubilarem peculiari ritu vivere cupiens, provido consilio copiosum rerum sibi proposuit ordinem, diversis

instructum celebrationibus, quae respiciunt vitam consecratam, christianam familiam, catechistas, iuvenes et presbyteros.

Quo maius eiusmodi celebrationibus pondus tribueretur, Praeses memoratae Conferentiae, Venerabilis Frater Ioannes Baptista Some, a Nobis postulavit ut ad personam Nostram illic gerendam sacrum Praesulem constitueremus. Nos quidem, singulari cum iucunditate hunc memorabilem circumspicientes eventum, ad christianam augendam laetitiam ad te, Venerabilis Frater Noster, mentem admovimus, atque summa qua te prosequimur benevolentia, hisce Litteris, Nostrum MISSUM EXTRAORDINARIUM te destinamus ad illam anniversariam honestandam recordationem, cuius conclusio habebitur in urbe vulgo Yagma, Ouagadougou, die XXI mensis Ianuarii anni MMI. Pro certo scias Nos missionem tuam fervidis prosecuturos esse precibus, fidentes munus tuum cunctis illic praesentibus optime esse cessurum.

Dum tibi legationem hanc libentes committimus, volumus ut perfausta illa occasione partes Nostras ibidem convenienter agas Nostramque ostendas per spiritum praesentiam, sacris praesideas celebrationibus verbo et exemplo, atque ad confirmandam fidem populum adhorteris.

Interea tibi, Venerabilis Frater Noster, loci Praesulibus cunctis, universo clero cunctisque sollemnia participantibus, Benedictionem Nostram Apostolicam, caelestium donorum pignus, veluti praesentes ex animo dilargimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die IV mensis Decembris, anno MM, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[00075-07.01] [Testo originale: Latino]